



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Quid exordium ex subdiuisione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)



Antea quidem (viri Athenienses) & propter vitæ flagitia, & ob crimen prodicionis, haud mediocri supplicio dignus erat hic Demades, nunc autem vel maxime, postquam recenti facinore damnum huic ciuitati, & dedecus sempiternum inuasis.

Hoc rursus exordium in tres formas diuidit Hermogenes, sed leui fundamento.

Sex exordiorum fontes.

Itaq; omnis tot Rhetorum commentis, & nominibus, puto exordia rectè ad sex capita posse reduci.

**Exordium ab adiumentis.** Primum locum obtinent ea, quæ sumuntur ab adiumentis, quorum seges vberissima est, & multiplex, quot genera personarum, conditionum, locorum, temporum, causarum, modorum, in quibus infinita est varietas, tot nascuntur exordia.

**Exordium ab expositione rei, seu consilij, quod suscipit orator, idque sine fuce, & calamistris.** Vt causa, hæc agitur contra sacrilegum, &c. Elis beata ciuitas à me commendatur.

**Exordium ex visceribus rei quid.** Tertium ea, quæ à visceribus rei, hoc est, internis principijs sumuntur, vt cum, quis vituperandum Philippum sibi proponens, orditur ab hoc communi theoremate. Necessariam esse virtutis laudem, & vitij vituperium, quod ex vitroque ciuitati non mediocris creetur utilitas.

Tale exordium Aphtonij Sophistæ.

Ὅτι τὴν ἀρετὴν ἰπαιῶν χάρις, οὐτὶ τὴν κακίαν ἰψῶ φόβος προσήκει καταμύησιν, ὅτι ἡ δὴ ἀμφοτέρων ἰκατάλιπται κίρσις. ἰπαικμίνων μὲν ἀγαθῶν καὶ σομίων δὲ παντῶν.

**Exordia ab exemplis.** Quartum, quæ sumuntur ab exemplis, parabolis, iconibus, fabulis, procerbijs, apophtegmatibus, &c. quæ plus habent pompe, & circutionis: nos inferius exempla asseremus.

**Exordium ab inuocatione.** Quintum, quæ ab inuocatione; quale est exordium orationis de corona apud Demosthenem, & Cicetonis, pro Mutæna.

**Exordium ex abrupto.** Sextum denique, quæ ducuntur ex abrupto; quæ vt magis calida sunt & incensa, peculiaremque habent modum, ita peculiarem merentur locum. Ad hæc capita omnia, vel saltem præcipua, reduci posse existimo. Sed de istis posthac fusius in exemplis.

De modo exordij.

An debeat esse argumentosum, & floridum.

C. A. P. V. T. VIII.

**O**Mnem ab exordio probationem remoueri nonnulli Rhetores volunt. Alioqui quomodo (inquiunt) à confirmatione discernetur exordium, si præter rationem suam argumentari, & probare nitatur. Deinde cum ad probationem mentes auditorum comparate debeat, ipsum omni argumentatione carere oportet. Sed tamen constat multa, eaq; industriorum oratorum exordia, iacta quædam habere probationum fundamenta, & sparsa veluti rationum vestigia, quæ deinceps similitatius manant incrementis. Quamobrem in hac questione, & exordia, & argumentationis, vt petimagna sunt, atque illustri varietate, longè distinguenda esse videntur. Si exordia sunt ducta à circumstantijs rerum, iisque ad causam non adeo pertinentibus, sed tantum ornatus, & excursionis gratia, ea aut plurimum proemia nihil continent argumentosum. Si vero testij generis sint exordia, quæ à rerum visceribus, & internis veluti principijs ducuntur, recipiunt argumenta non quidem omnia, sed ea maxime, quæ sunt à genere, ita enim grauius, & liquidius influunt. Sic dicturus contra adulteram exorditur à feditate adulterij, & laude castitatis, quo fit vt simul præparet animos, simul etiam causam fulciat, & ad orationem commodius delabatur. Hoc opinor voluit Quintilianus cum præcepit, ne exordium sit argumentosum nimis, vt confirmatio. Nec prorsus sine argumentationibus vt est narratio.

Quo charactere attinet, simplici cultu exordia esse debere contendunt: & id quidem rectè, si præsertim generis iudicialis, aut scribenda etiam deliberatiui ratio habeatur, in quibus nimis compta, pro suspectis solent esse exordia. Quis enim ineptum non putet, si cum totum orationis genus sobrium, & graue esse debeat, initium fuce, & pigmentis sit delibatum. Neq; tamen esse oportet nimis grandis, & auste.